CLXIX

Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo septuagesimo octavo
Inditione prima existente potestate comunis Novarie domino Johanne de Castrobarcho
milite die Jovis undecimo mensis marcii hora none In burgo sancti Symonis
civitati Novarie coherenti scilicet in domo habitatoris Johannini de Canalio infrascripti
sita in dicto burgo in porta sancti Victoris de foris publico apparebat instrumento
suo venditoris hodie tradito per me notarium infrascriptum quod Quiricus Carrion de burgo
sancti Symonis filius Ottini Carrioni pro libris sexaginta septem et solidis decem imperialium
fecit datum et venditionem in manibus Johannini de Barocio de Canalio filius Henrici
dicti Barocii nominative de domo una murata et copata cum lobia et hedificiis
et area et modica curia et cum andamento eundi et redeundi ad stratam magistram
que omnia iacent in burgo sancti Symonis civitati Novarie coherenti in porta sancti
Victoris de foris et sita in sedimine uno iacente in dicto burgo partem acquisito per
dictum Johanninum a dicto Quirico et partem per dictum Johanninum et Albertinum solum et
fratrem a Georgia filia Oberti Galline et uxore Francischini dicti Tonsi de Canalio sive
a dicto Francischino. Quibus omnibus suprascriptis venditis per dictum Quiricum coheret a mane
Mussus Ghirrenus buraeius parte empto ab illis de Camagliano a meridie Bertholdus
de Momo a sero idem Johanninus in parte et strata in parte et heredes Johannis de Govo in parte
et a monte rugia. Et cui toti sedimini coheret a mane dictus Mussus Ghirrenus
a meridie dictus Bertholdus a sero strata et a monte heredes dicti Johannis de Govo in parte
et rugia in parte. Hec et alia quamplura in dicto instrumento continebantur de quibus hic nulla
fit mentio. Unde Francischina filia quondam et nunc heres Stephani de Caresana
et uxor suprascripti Quirici presente volente et consentiente dicto Quirico viro suo
et ipsius Francischine bona et spontanea voluntate ut dicebat non coacta
nec seducta non vi nec metu pure libere et ex certa scientia et non per
errorem renunciavit et renunciat et finem fecit et facit in manibus predicti Johannini
de omnibus iuribus et actionibus eidem Francischine quocumque modo spectantibus in predictis
omnibus et singulis rebus Johanni venditis per dictum Quiricum et in sedimine predicto
seu aliqua parte ipsius tam occasione sue dotis quam alia occasione quacumque que dici vel
excogitari posset ab hodie retro dicens et protestans ipsa Francischina quod ipsa
est bene tuta super aliis bonis dicti Quirici occasione dotis sue et super dicto sedimine
seu aliqua parte ipsius. Renuncians ipsa Francischina ne possit dicere vel
opponere suprascripta et infrascripta vera non esse vel non fuisse et beneficio senatus
consulti Velleyani certiorata de dicto beneficio et omni iuris et legum auxilio. Que
omnia et singula suprascripta predicta Francischina cum consensu ut supra convenit et solempni
stipulatione promisit dicto Johanni de Barocio omni tempore firma rata et grata habere
tenere et non contravenire. Et causa sic attendendi et observandi per omnia ut supra legitur
cum omnibus dampnis dispendiis et omni interesse refectis predicta Francischina cum consensu
ut supra obligavit eidem Johanni de Barocio omnia sua bona pignori. Et ad maiorem
roboris firmitatem iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis
predicta omnia et singula firma rata et grata habere tenere et non contravenire sub ypotecha
et obligatione omnium bonorum ipsius Francischine interesse dampnorum et expensarum
restitutione. Et inde plures carte fieri iusse sunt. Interfuerunt pro secundis
notariis Guillus de Belenzago dictus Porto et Johanninus Cicetunus notarii. Et pro
testibus fuerunt ibi Antonius de Calpignano lanarius filius
et Obertinus dictus Bozonus Calegarii filius Rodulfi habitator dicti burgi.

Ego Jacobus de Pithorio notarius filius Johannis hanc cartam iussu
Bertholamei de Bexoxia notarii qui eam tradidit et abreviavit scripsi et me subscripsi.

Ego Bergetus de Bexona notarius filius Jacobi de ... de Bexona hanc cartam
rogatus tradidi et abreviavi ... ... et me subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 5 (169)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787072649-13/fragment/page=0001

Anno domini incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo octavo
Indictione prima Existente potestate cumanorum domino Johanne de castrobarcho
[illegible]

[illegible]

Morbio 5 (163)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787072649-13/fragment/page=0002

CLXIX

CLXIX

Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo septuagesimo octavo
Inditione prima Existente potestate comunis novarie domino Johanne de castrobarcho
milite die Jovis undecimo mensis marcii hora none In burgo sancti Simonis
civitatis novarie coherenti scilicet in domo habitationis Johannini de cavalio infrascripti
sita in dicto burgo in porchia sancti victoris de foris publico apparebat Instrumento
uno venditionis hodie tradicato per me notarium infrascriptum quod Quiricus carcionus de burgo
sancti Simonis filius Ottini carcioni precio libras sexaginta septem et sol. decem ipse
fecit datum et venditionem in manibus Johannini de barocio de cavalio filii henrici
dicti barocii Nominative de domo una murata et copata cum lobia et hedificiis
et area et modica curia et cum andamento eundi et redeundi ad strata magistra
que omnia iacent in burgo sancti Simonis civitatis novarie coherenti in porchia sancti
victoris de foris et sita in sedimine uno iacenti in dicto burgo partim acquisito per
dictum Johanninum a dicto Quirico et partim per dictum Johanninum et Albertinum olim eius
fratrem a Georgia filia oberti galline et uxore Francischini dicti tonsi de cavalio sive
a dicto Francischino Quibus omnibus superius venditis per dictum Quiricum coheret a mane
magister ghiderinus bicarius per orto empto ab illis de cavaglano a meridie Bertholdus
de momo a sero fratrem Johannis in parte et strata in parte et heredes Johannis de govo in parte
et a monte rugia Et cui toti sedimini coheret a mane dominus magister ghiderinus
a meridie dominus Bertholdus a sero strata et a monte heredes dicti Johannis de govo in parte
et rugia in parte Hec et alia complura in dicto Instrumento continebantur de quibus hic nulla
fit mentio Unde Francischina filia quondam et nunc heres Stephani de caresana
et uxor suprascripti Quirici presente volente et consentiente dicto Quirico viro suo
et ipsius Francischine bona et spontanea voluntate ut dicebat non coacta
nec seducta non vi nec metu pure libere et ex certa scientia et non per
errorem renunciavit et renunciat et finem fecit et facit in manibus predicti Johannini
de omnibus iuribus et actionibus eidem Francischine quocumque modo spectanti in predictis
omnibus et singulis ipsi Johannino venditis per dictum Quiricum et in sedimine predicto
seu aliqua parte ipsius tam occasione sue dotis quam alia occasione quacumque que dici vel
excogitari posset ab hodie retro dicens et protestans ipsa Francischina quod ipsa
est bene tuta super aliis bonis dicti Quirici occasione dotis sue quam super dicto sedimine
seu aliqua parte ipsius Renuncians ipsa Francischina ne possit dicere vel
opponere suprascripta et infrascripta vera non esse vel non fuisse et beneficio senatus
consulti velleyani certiorata de dicto beneficio et omni iuris et legum auxilio Que
omnia et singula suprascripta predicta Francischina cum consensu viri sui convenit et solempni
stipulatione promisit dicto Johannino de barocio omni tempore firma rata et grata habere
tenere et non contravenire Et causa sic attendendi et observandi per omnia ut superius legitur
cum omnibus dapnis dispendiis et omni interesse restituendis predicta Francischina cum consensu
ut supra obligavit eidem Johannino de barocio omnia sua bona pignori Et ad maiorem
roboris firmitatem Iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis
predicta omnia et singula firma rata et grata habere tenere et non contravenire sub ypotecha
et obligatione omnium bonorum ipsius Francischine inter esse damnorum et expensarum
restitutione Et inde plures carte fieri iusse sunt Interfuerunt pro secundis
notariis Guillus de belenzago dictus porto et Johanninus curtinus notarii Et pro
testibus fuerunt ibi Antonius de campignano lanarius filius
et Robertinus dictus Bozonus calegarii filius Rodulfi habitator dicti burgi.

Ego Jacobus de pitholio notarius filius Johannis hanc cartam iussu
Bertholomei de brexia notarii qui eam tradidit et abreviavit scripsi et me subscripsi

Ego Bartholomeus de brexia notarius filius Jacobi de Albertis de brexia hanc cartam
rogatus tradidi et abreviavi ...

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 5 (169)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787072649-13/fragment/page=0003